

FRANCISCO  
VALESIO, REGI FE=  
LICISSIMO, LAZARVS  
BAYFIVS VICTORIAM.



ARCO Varroni asseueranti disciplinas omnes, Rex regum Christianissime, in Græcia intra mille annorum tempora & inuentas & perfectas, facile credat is, qui ad huiusce nostri seculi felicitatē, qua mirabiliter sub te principe fruimur, animum conuertere non grauabitur. Te enim & authore & adiutore, his paucis quibus Gallicarū clauum tenes annis, plus promouisse literarum linguarūq; studia uidebit, q̄ quantū sub alijs omnibus ab aduentu Francorū in Gallias nostris principibus Sunt de regibus nostris, qui Iudæorū gentem superstitioni deditam è Gallia exterminauerint: tua maiestas, exclusa Iudæorū superstitione, Iudæorum linguam Lutetiæ Parisiorum sic uigere uoluit, ut habeat non paucos, qui literarū Hebraicarū cognitione cum ipsis Iudæorū Rabinis possint decertare. Græcos au-